

J3 1493

Hic liber meus testis est deus quoniam

1 1493

Z BIBLIOTEKI
SEMINARIUM
SANDOMIERSKIE



REGVLÆ

ET
RITUS LIB.

RELIGIONIS

Clericorum Pauperum
MATRIS DEI
Scholarum Piarum

Domini Radomiri Scholarum
Piarum A. 1699.

Præmium

Cum Sacrarum Literarum documentis fre-
quentibus admonemur in unitate Spiritus Deo-
rum seruire, par est uniformes quoq; Regulas ac
Ritus habere quibus nos Diuinum hoc Seruitum
præstare possimus, et rerum omnium Creator Do-
mino famulari. Varietas enim harum rerum in
Religiosis præcipue Congregationibus quemadmo-
dum turbare ordinem solet ita multiplicem aliorum
ostendit propensionem qua quisq; in diuersa distin-
ctus et suo sensu abundans pacis vinculum non
raro rumpit ac dissipavit. Huic malo occurrere uolen-
tes PP. in Capitulo Generali habitu Mense Maio 1659.
demandarunt ut iuxta præscriptum Constitutionis certa
Regulae ex ipsis Constitutionibus prescriberentur ac
Ritus fierent quibus vniuersa nostra Religio Paupe-
rum cattalis Dei uteretur, ut pari forma ac ritu ubiq;
obsequens hanc unitatem Spiritus et animorum concor-
diam in suis conseruaret, sic enim illi ut sibi ipsis
decorum parient, sic etiam populo honorum operum
exemplum facile præbehunt.

Regulæ Communes.

1. Omnes occupationes rerum Sæculanum terrena, rumq; sollicitudines quisq; reiiciat, et soli Christo vivere et placere studeat . p . l . c . 4 Constitut.
2. Curret unusquisq; exuere affectum circa sanguine iunctos, et illum in spiritualem conuertat eosq; solum diligat bene ordinata Charitate, sibiq; dictum exigitmet. Audi filia et uide et inclina aurem tuam et obliuiscere populum tuum et domum Patris tui, et concupisces Rex decorem tuum. ibidem
3. Nemo sine Superioris licentia particulari siue Enti cum Sæculanibus etiam consanguineis colloquatur, et si obiter id fecerit, paucissimi se expediat, si uero rem grauem tractauerit eam Superiori uel ab eas id depunitato renunciet. ibidem
4. Nemo in causa criminali uel in Lite ciuili Testimonium ferat nisi coactus ab eo qui legitime eum cogere posset. ibid.
5. Nulli nostrum licet in testamentis condendis se immiscere, ut Tutorum seu Curatorem. ibid. Ex explicatione Capituli Generalis 1659 Nec item Matrimonia per tractentur, sed Sæculanibus Sæcularia relinquuntur. ibidem

6. Nemo

6. Nemo Sacerdotalium domos adire presumat nisi pro
re graui de Licentia expressa Superioris et cum
Socio ab eodem sibi designato. ibidem.
- 7º Nemo Sacerdotes ad Cellam suam neq; per dominum sine
Superioris licentia ducat. ibidem
- 8º Nulla nostris sit familiaritas cum mulieribus quantumvis
propinquis et honestis, nullo modo Spiritualis officitas
baptismi aut Confirmationis Sacramenta cum illis con-
trahatur, immo nec cum masculis.
- 9º Et colloquio Monialium etiam cum Consanguineis
abstineant, et Confessiones earum nulli nostrum licet.
ab q; Provincialis Licentia, et iuxta decretum Sacrae
Congregationis aliquin Transgressor graui pena
puniatur. ibidem Decret. Cap. Lxxvii 1659.
- 10º Nemo prater Procuratorem Entem negotij ullo modo se
immisscent absq; speciali Patris Entis Licentia p.3. c.2.
- 11º Omnes ad Entem scribere possunt quoties necessarium
uidebitur, cuius litterae a nemine aperiantur nisi ab
eo cui inscript& fuerint. p.3. c.4.
- 12º Nemo noctu absq; lumine, et tunc non nisi legitima
causa ductus domum circumeat, ne p.ij aliorum lectio-
nibus, seu occupationib; impedimento sit.

- 3
- 13^o. Nemo in cellam alienam intret nisi Superior con-
cesserit. p. 1. c. 6.
- 14^o. Nemo uel cum domesticis nisi submisse modeste
et moderate loquatur. Sed his temporibus, horis et
locis strictius silentium ab omnibus seruetur. in
Quadragesima et ad Adventum, a prima nocte usq^{ad} ad
sequentis diei ortum: in aestate post Prandium que-
tis tempore, in Ecclesia Saurario et Refectorio p. 1. c. 6.
- 15^o. Singuli bis in die consuetudinem mentaliter orandi
summo manè per horam et Vespere per dimidiam
nunquam intermittent, et si quis de Licentia Superio-
ris non aduenit orationi, quamprimum opportuno
tempore eam persoluat. p. 1. cap. 5.
- 16^o. Omnes bis etiam quotidie examinenda conscientia
sue præfinitum sibi tempus ante Prandium et ante
cubitum diligenter impendant. vñ dñs.
- 17^o. Item bis simul in die uocalem orationem habebunt.
post prandium Litanias B. Virginis Lauretanas,
et quinq^{ad} psalmos in eius honorem Nominis
et Vespere Litanias Sanctorum in communione
Oratorio recitabunt.

18^o. Item

- 18° Item quotiescumq; occasio dabitur in cella permanendi et Actus Virtutis, humilitatis Contritionis, gratianum actionis, exercere mitantur ut ita Pater calestis qui uidet in abscondito eos ad solidanum virtutum perfectionem exaltare dignetur, ibidem
- 19° Singuli statuto die et a signato Confessario et non alteri sine Superioris licentia consteantur.
- 20° Singuli qui Sacerdotes non sunt et hi si non celebrent quotidie rei Sacrae intersint, quae fieri post Orationem Matutinam, nisi alia causa urgens aliter postulet. ibidem
- 21° Singulis diebus absentes nostri Vota emissa iterare genibus flexis coram S:mo Sacramento p. 2. c. I.
- 22° Omnes usq; ad r:um quolibet Anno in festo Resurrectionis et Nativitatis Dominicae Vota regnouabunt, praemissa Confessione Lnti ab ultima et spiritualibus exercitijs seu specialibus qui busdam Meditationibus per aliquot dies p. 1. c. 3. Decret. super hoc Cap. Lnti. 1647.
- 23° Quisq; Superiorum qui cumq; ille sit, ut Patrem reveratur, ei q; integre primum ac fortiter cum humilitate debita sine legitima excusatione et obmurmurationib;

4

rationibus obediatur, considerando quod propter ipsum Deum summè dilectum homini obedientia præstatur, et ideo sufficiat signum illius absq; ex, presso preceptu. P. 2. c. 2.

25^o. Omnes sint prompti animi ad Superioris uocem, et ad signum campanæ atq; adeo literâ inchoata necdum perfecta etiam relictæ.

26^o. Non solum Superioribus sed etiam eorum Subministris in his quæ ad eorum officia spectant, omnes humiliter obediant. ibidem

27^o. Si quis grauem alicuius tentationem nouerit Superiorum secreto moneat, ut conueniens remedium Paternâ Charitate adhibere possit. p. 1. c. ii.

28^o. Nemo in Capitulo Culparum de alio aliquid dicat, nisi qui à Superiori requisitus fuerit. ibidem.

29^o. Si quis protuenda valetudine aut recuperanda inodi gêre aeris mutatione videatur, præmissâ oratione rem Provinciae notam faciat, et quid ille decreuerit, summi animi quiete recipiat, nec amplius circa hoc urgeat aut requirat. p. 1. c. 9.

30. Nem

- 30° Nemo de his quæ domi aut inter fratres aguntur
cum sacerdotali aliquo tractauerit p. 2. c. 7.
- 31° Nemo literas extra domum mittere presumat nisi
prius presentet Superiori, aut illi, quem Superior ad id
destinauerit, eodem modo nemo recipiat p. 2. c. 2.
- 32 Nemo extra nostras domos etiam consanguineorum
aut extra communem mensam comedat, aut bibat, sine
Superioris licentia, neq; ad domum sacerdotalium ire
audeat sine Comite ad Superiori sibi deputato p. 2. c. 3. & 4.
- 33 Omnes accedant ad primam mensam, nisi instaurau-
sa sibi fuerit et licentia et si absuerit ad secundam
mensam statim accedat. ibidem
- 34 Nemo nostrum aliquid proprium habere aut appellare
audeat, sed communi uocabulo significet, se nihil in hoc
sacerdotali possidere. p. 2. c. 5.
- 35° Quisq; paratus sit ostiatim mendicare, quando neces-
sitatis et Obedientiæ id exigat, nemo tamen eleemosy-
nam stipendij nomine petat, aut eo nomine oblatam
accipiat, sed si quæ merita eleemosynæ nomine offerantur
ad Oeconomum seu Procuratorem domus mittantur, seu
tradantur. p. 2. c. 2 et p. 3. c. 7.

36. Nemo apud se uel apud aliū pecuniam seu alias
depositas habeat, nec mutuā dabit, nec accipiet.
uel dispensabit de his quæ apud se uel domi sunt
sine Superioris licentia.
37. Nemo sine Superioris licentia expressa pro suis
amicis, propinquis, extraneis eleemosynam petat,
nec sponte oblatam accipiat, ad elargiendum paupe-
ribus aut ad aliquam restitutionem faciendam p. 2 c. 1.
38. Nemo horologia aut capsulas reliquiarum, libros
curiosè ornatos, imagines Sanctorum sculptas uel pictas
nisi simplices et chartaceas habeat in suo cubiculo. ibidem
39. Nemo quidquam typis mandare audeat sine approba-
tione examinatorum et consensu Pontis. p. 2. c. 7. Decret
sup. h. Cap. Geni 1659.

Regulae Provincialis

1º. Provincialis in gubernatione Charitatem mansuetu-
dinem et benignitatem Domini nostri IESV Christi
imitetur, non dominans, sed forma factus gregis ex
animo exemplo magis quam uerbo subditus. Ad perse-
ctionem dirigat. p. 3. c. 4.

2º. Habeat

- 2° Habeat suos consultores, quorum confirmationem ad
Pontificis postulabit, eorumque consilio prout opus erit utetur
in ipsius locis, ubi frequentius residebit, aliquoquin per Litteras
transmissas eorum consiliorum requireat. p. 3. c. 4.
- 3° Institutorem rerum spiritualium constituet Virum grauem
in singulis dominibus, qui Superiorum adiuvet in dirigendis
Subditis ad perfectionem et maxime iunioribus, quibus sit
non secus ac Magister Novitiorum
- 4 Prouincialis alicui Sacerdoti a se delecto confiteatur, quem
Zelatorem et Monitorem Officii sui suarumque actionum
habebit. p. 1. c. 7.
- 5 Nullas regulas aut Ordinationes aut consuetudines abroget
uel nouas inducat inconsulto Pontificis, nisi sine graui diffensione
responsum expectare nequeat, tunc quantoius poterit quid et quam
de causa factum sit admonebit Pontificis. p. 3. c. 4.
- 6° Ordinationes Pontificis statim atque acceperit, ab omnibus suis Provinciis
Superioribus obseruanter faciet, easque in Archivo conservabit
quod in loco commodi ori et in ea domo, ubi frequentior erit
eius residentia, faciendum curabit, in quo etiam asservabit
libros rerum, quae ad gubernationem pertinent, et quae
ad officium suum spectabunt et usum Provincie com-
munem, et successoribus possint assignari. ibidem.

Z. BIBLIOTHECA
S. J. SEMINARIUM
Sandomierskense

70. Curabit

7° Curabit ut qui Instituti nostri opera postulaverit prius
necessaria. Ut prescribitur. p. i cap 4 constat parent p. c. 7.

8° Curabit diligenter in omnibus sue Provincialis Scholis debiti
tum ordinem in Clasibus omnibus, in libris prelegendis
et in exercitio spiritualibus seruari et Magistros singulos
singulis Clasibus sufficientes prouidere. p. 3. c. 4

9° Mutabit ex familiis quos mutari expedient in Domino
iudicauerit et si quis diem obierit eius nomen ac diem obitus
ad Unum scribendum curabit. p. i. c. 7.

10° Item poterit, si necessitas urgeat mutare aliquos Rectores
Locales Magistros Novitionum et alios, et si ex predictis
moreretur Substituere donec Quinis certior factus prouideat
p. 3. c. 4

11 Tertio quinquagimo de licentia Quinis, Capitulum Provincialle
conuocabit circa res dubias et difficiles illius Provincialis sed
fiat eo tempore quo minus obesse possit hunc Regimini
particularium domorum id tempus ent Vacationum Gene-
ralium mense Octobri. p. 3. c. 4

12° In Capitulo Provinciali si fieri poterit approbabilitate Confessa-
rios, Concionatores Lectores, et quos sibi placeuerint confirmabit
uel remouebit, exceptis, qui a Patre Quinis approbati fuerint. ibid

13° Semel saltem in quolibet Mense scribet ad Unum de rebus
ocurrentibus. p. i. c. 4.

14. Curam regendi Seminaria nostris non permittat nisi
eo modo, quo prescriptum est, decreto Capituli Gentilium 1659.

15. Si morbo graui corripiatur, poterit scripto relinquere
aliquem, qui uices suas gerat, usq; ad noui Gentilium Crea-
tionem maximè et Provincia distet ab Urbe et per Interium
Assistentibus prouidens de successore celeriter nequeat. Inte-
rea primus eius Assistens erit loco Provincialis et
Provinciam gubernabit.

16. Visitabit singulis annis perse ipsorum aut legitimas cau-
sas impeditus per alium idoneum loco sui omnes sue
Provincie domos et Scholas.

17. In sua Provincia potest dispensare in Constitutionibus
Religionis, si rei alicuius vel personæ uehemens ratio
ia exigere videatur, memor tamen illius sententie:
quibi necessitas non est, nullo modo maiorum instituta
uiolentur, et caueat ne praetextu dispensationum abusus
irrepanit. ibidem

Regulae Procuratoris Gentilium

1º. Procurator Gentilium Romæ semper resideat, eius partes
erunt totius Religionis negotia gerere ac diligenter
expedire p. 3. c. 2.

2º. Negotia quæcunq; et quarumcunq; domorum, siue
personam

personarum priusquam suscipiat Patri Christi simpliciter
patescat.

3° Quidquid in die singulos egerit, si momenti alicuius
fuerit, trespeli Christi deferat.

Regulae Rectoris

- 1° Rectoris Officium erit oratione et sanctis desiderijs
Schoolas suas quasi proprijs humeris sustentare, et
curare ut Regula et Constitutiones ab omnibus sibi
subditis obseruentur, tam quæ ad domesticos quam
quæ ad discipulos pertinent.
- 2° Singulis Dominicis per se uel per aliud sermonem
habeat, de necessitate mortificationis Passionum
proponat aliquas mortifications ad eas eradicandas
ut altius in mente virtus imprimatur.
- 3° Meminerit auctoritatem prudentiæ et discretioni con-
surgere, ut hominibus se praefesse cogitans humanita-
tem potius exerceat monendo, quam seueritatem p. 2. c. 2
imosciat suo loco et tempore seueritatem cum benigni-
tate miscere. p. 2. c. 9
- 4° Eius cura sit, ut infirmi placide et cum charitate tra-
ctentur alterniq; saltem diebus eos ipse inuiset et

in morti

in morbi initio ut confiteantur moneat p. 1. c. 9.

5o. Senum et imbecillam valetudine rationem habeat. Senes
sexagenary intelliguntur) ex Decreto Capti Cithis. 1659.
et si expediens iudicauerit, eos ieiuny onere soluat, illis
iubeat per aliquem Fratrem Operarium aut clericum
ministrari p 1 c. 9. et in omnibus quod spectant ad Victimam
habeat item rationem senectutis et imbecillitatis Subditorum,
rum. p 2 c. 4°.

6o. Caveat ne plus debiti oneris, nec aliquid sordidum, quod
nauseam prouocet alicui imponat p 2. c. 9

7o. In vigilet ne quis in studijs, uigilijs abstinentijs et alijs
penitentijs, externis laboribus plus temporis insumat,
qua magna nocentia ualeitudini offerre solent, et
maiora bona impedit ibidem. Item defendat tam
domi quam foris praecauendo et remedia oportuna
adhibendo ne Subditorum sanitati quid noceat p 3. c. 5.

8o. Singulis saltem Mensibus cubicula uisitabit, undeatq; ne
quid ibi retineatur, quod uirto proprietatis simile sit.
neq; quid sordidum aut minus compositum p 2 c. 5.

9 Curabit ut pro Benefactoribus ad Dominum peculiares
orationes fundantur. p 2. c. 5.

10 Curabit ut tertio quoq; Mense Constitutiones in pu-
blica Mensa perlegantur sicut singulis Mensib; Regulæ et Ritus
p 1. c. 1.
11 furet

- 11^o. Curret Superior ut omnes idem sentiant, uelint iudicent
ad Charitatem seruandam Constat. c. 7. et uite doctrinā
nas uarias, uerbis Lectionibus libris et Scriptis.
- 12^o. Curabit ut eadem doctrinā idemq; modus in omnibus
Scholis eam tradendi seruetur. p. 2. c. 11.
- 13^o. Curabit ut Scholastici nostri in exercitationibus litterarij
suis temporibus exerceantur. p. 2. c. 10.
- 14^o. Considerabit attente, quomodo quisq; suo officio (maxime
in exercitationibus Literarij et quā perirent ad bonos
mores) fungatur, ut sic posset quemq; in illo confirmare
uel remuovere, ideo sapè eos inuiset, et probabit, an sibi
iniuncta exequantur. p. 2. c. 9.
- 15^o. Rector in proprijs domibus Officiales minores potest con-
stituere qui sunt huiusmodi. Prefectus Sacrae, Vale-
tudinary, Bibliothecæ, Refectorij, Janitor, Custos Vestium,
Corrector, Dormitorij iniutor, Excitator ad Orationem, Libro-
rum emptor, locuſ. Quod stores eleemosynanum.
- 16^o. Poterit mutare aliquos Magistros, si responsum Provincialis
expectare inconueniens iudicauerit.
- 17^o. Singulis hebdomadis scribet ad Provinciale de rebus
occurrentibus. Res autem scribendæ erunt, si qui
casus extraordinary contingenter, uidelicet Insigniores
eleemosyne.

eleemosynæ, Status domus, Status Scholarum valetudo Reli-
giosorum, culps enormiores, si quæ extraordinariæ expensæ
fieri debeant supra decem aureos et alia huius generis.

18. Potest in sua domo in Constitutionibus Religionis dispen-
sare si rei alicuius vel personæ uehementis ratio id exigere
uideatur, memor tamen illius Sententiæ Rbi necessitas
non est, nullo modo maiorum instituta violentur, caret ne
prætextu dispensationum abusus irrepant p. 3. c. 2.

19. Curabit Domus sua rerum omnium inuentaria fieri, quorum
unum conseruetur in Archivio domus alterum in Archivio
Provulsi, cum uero alieni officium demandabit inuentarium
speciale illius officiæ cum rebus Officiali consignabit, et si
res noua aliqua addatur, ipsi etiam Inuentario adscribitur.

20. Diligenter curet ut uniformitas in omnibus quo ad fieri
poterit in uestitu maxime seruetur, sint enim uestes
omnium ciuidem modi qualitatis et formæ. Curabit
ut Conferentia Casuum conscientiæ bis singulis
hebdomadiis habeatur, ad quam omnes Sacerdotes
conueniant. Præside aliquo in ea re perito qui
explicet ac definiat ea de quibus agitur.

Regula

Regulæ Visitatoris & formula Visitantis

1º Partes Visitatoris erunt, ut specimen præbeat omnium
virtutum, nec ullomodo munuscula à consanguineis
nostrorum accipiat. p. 3. c 5.

2º Itinerum expensas ab illis domibus, quas visitauerit
exiget, ibid pro &quā tamen portione totius Præiunctis,
habita tamen ratione facultatem domorum deeret capiti
Gnls 1659.

3º Si quid remedio tempestivo indiget iuxta prudentiam suam
adhibeat, mox facturus certiorēm qntem quid et quā de causa
factum sit, quā uero correctione communi uel privata meden
poterunt, ipse exequatur eo modo, quo melius expedire sibi
uidebitur p. 3. c. 5.

4º Monebit omnes prius ne odio, uel rancore ducti, quā dicen
da sunt taceant, aut contraria emendata et silentio pre
menda producant

Formula.

1º Visitet Ecclesiam et obseruabit quam diligentē custodia
et nitore SS. Eucharistid Sacramentum afferuetur, et
an omnia quā spectant ad Diuinum cultum recte se
habeant.

- 2º Quot et quæ vasa in Sacristia, et quæ similiter ornamenta reperiuntur an contraria Paupertati, si superflua, si seneca iuxta Rubricas, si nitida et munda, et apte accommodata seruentur. p.3. c. 5. et Decreto Capiti Genflii 1659.
- 3º Inviset infirmos si qui sunt quibus se benevolum ostendet interrogabitq; an in eos Charitas debita exerceatur, et prouideat ne quid eis desit p.3. c. 5.
- 4º Visitabit officinas omnes in quibus obseruabit an aliquid superfluum aut Paupertati nostræ contrarium sit, et an aliquid minus decenter habeat. ibidem
- 5º In Vestuario obseruabit, an ibi sint Vester ad Valorem dineros servandos sufficientes iuxta numerum commorantium in illa domo, an superflue. ibidem
- 6º Cubicula et cubilia omnium obseruabit diligenter, an quid in eis sit quod sapiat proprietatem et minus aptum ibidem
- 7º Librum Gleemosynanum et dati et expensæ similiter, diligenter videbit et obseruabit, ut Summa illius et rerum omnium Supradictarum Catalogus ad Pten. deferatur. ibidem
- 8º Superiorum interrogabit, an aliquid grauius extra Confessio- nem intellexerit in illa domo, seu in Scholis Pij et quod remedium adhibitum sit ibidem
- 9º An exercitium Doctrinæ Christianæ tam in Scholis Pij quam publicè in Ecclesia diligenter nostri exequantur, et an Discipuli illud frequentent. ibidem
- 10º An erga

- 10.^o An erga infirmos debita Chariatis officia exerceantur.
- 11.^o An aliquis ex illa domo nimis affectus ad consanguineos uel etiam ad aliquem extraneum uideatur. ibidem
- 12.^o Quod cleemosynæ Pauperibus dentur. ibidem
- 13.^o Inferiores et Subditos interrogabit, quid sentiant de su^o periore, et quomodo ab illo tractentur.
- 14.^o Quid sentiant de Victus ratione, et de rebus adipos per tintibus. ibidem
- 15.^o An Superiori impedit libertatem scribendi ad Superiori res mediatoris. ibidem
- 16.^o An aliquid extra confessionem quis nouerit, in aliquo quod ei non placat ibidem
- 17.^o An officium suum quisq; faciat.
- 18.^o An Regulæ et Constitutiones nostræ exacte seruentur. ibidem
- 19.^o An pax et Concordia inter eos uigeat. ibidem
- 20.^o An ab omnibus Magistris circa exercitationes Scholasticas diligentia seruetur. ibidem
- 21.^o An aliquo meliori modo eruditin Adolescentes possint. ibidem
- 22.^o An discipuli diebus Festis frequentent Oratoria et Congregationes
- 23.^o Videat ne sit locus ubi discipuli soli uersari possint
ibidem.

24º Ex quibus conscientia rationem exigere iudicauerit primum
denter et circumspicit pro ratione personarum se geret, Quod
hominem multum pudore afficiunt extra Confessionem non
interroget

25º Tandem suavitatem retineat, nec tanquam Iudex exigat,
sed ut Pater benignus ea se uelle cognoscere ad Subditum con-
solationem ostendat.

Regulæ Magistri Nouitiorum

1º Ad hoc munus is auctori eligatur, qui non solum
prudentia, eruditione et experimento, sed etiam exemplo
Nouitios ad Virtutum culmen promoueat, et uiam perfe-
ctionis et uerbo doceat et factis p. 1. c. 2.

2º Secularia Vestimenta Nouityi in communi Vesta-
rio seponendas curabit, donec professus fuerit, nisi quod
in eius usum consumendum iudicauerit. ibidem

3º Tradat Nouitio spiritualia Exercitia saltem per illen-
sem et amplius. si expediens sibi videbitur, et interim ille
totius Vitæ confessionem Inter habere poterit

4º Experimenta faciat Nouitiorum in omni genere deuotio-
nis hoc est in oratione, in Sacris tum meditationibus, tum
lectionibus, in uarijs mortificationibus, in uestibus humilioibz
que tamen Religiosum deceant, in uilioribus ministerijs

silento

silentio modestia oculorum propriis voluntatibus et iudiciis
frangendis cum prudentia tamen et charitate.

5º. Sæpe Novitios suauiter interroget, an in uia Domini
sit quidquam, quod obstare patientur, et quæ sit rerum
suarum in eare ratio, ut magis illis præfesse possit eosq;
perfectos habere.

6º. Curabit Novitios in secundo probationis anno non solum
modum docendi Christianam doctrinam sed etiam modum
formandi Gas et computa faciendi, quos ad id idoneos
inuenierit doceri. p. 2. c. 10.

7º. Certiorem faciet Provinciale cum quis probationis tempus
feliciter peregerit, ut de eius facultate cum Voto tam omnium
Professorum uocem habentium euæ Domus, qui profecti sint.
et ordinibus sacræ initiatæ, et suffragia sint supra medietatem
ad Votæ emittenda recipiatur. p. 2. c. 3 Decreto Capl. Gen. 1653.

8º. Curabit, ut quarto quoq; Mense Novitiæ per commissarium
a Dñli deputandum uisitentur, et si quis contumax et nostro
Instituto minus idoneus repenitatur, omnino dimittatur. p. 1. c. 3.

9º. Curabit ut pariter Novitiæ, qui primo Probationis anno
notabiliter profecerit, de Provincialis consensu circa studium
dispensemetur. ibid

De Admittendis

1º. Selectus recipiendorum ad habitum et Religionem habendus

est

est diligens, quia res in qua uersamur, tanti momenti est, ut
Ministros maximâ Charitate, patientia, aliisq; Virtutibus
præditos requirat p. i. in Præmio.

2º In recipiendis ad probationem exceptanda est in loquendax
gratias ut sit in docendo facilitas. p. i. c. 1.

3º Sit ualde notus, qui admitti petit, tum per propriam sum per
Præceptoris Sodalium, amicorum relationes, neq; prius ad
habitum admittatur, nisi præmissa omnium Patrum uocem
habentium oratione, et tunc tanquam hospes per aliquot dies
de forma Instituti nostri certior reddatur. ibid, cap 2d

4º Admissus ut hospes sine licentia Superioris nec uerbo aut
scripto cum exteris aut domesticis agat, præterquam cum ijs, qui
a superiori destinati fuerint ibidens.

5º Admissus ad habitum in libro designato scribat propria
manu, quid quid in domum tulit, et secularia sua vestimenta
donec profectus fuerit in communi Vestuario reponantur.

6º Cuilibet Novitiis cubiculum assignetur, in quo nihil curio-
sum, nihil singulare habeat.

7º Recipiendus ad Vota totius Vitæ Confessionem Contem habeat
uel taltem a biennio probationis, præmissis solitis exercitijs
10 ad minus dierum.

8º Qui mense ante Professionem disponere debet de bonis, quæ in
Sæculo habeat, prout sibi libuerit, nihil tamen proprium sibi relinquit.

Regulae Examinatoris

- 1^o. Qui examinat eos, qui ingredi Religionem petunt oportet impedimenta omnia noscat, quibus aliquis uel omnino excludendus, uel non ita facile admittendus sit, habeat bonum zelum, ne quis admittatur, nisi qui in Domino idoneus nostro instituto reputabitur, meminervit quod inepta turba ad institutum nostrum admitti non debeat p.s. c.a.
- 2^o. Dextero ac prudenter uideat, ut si quem innodatum grauioribus impedimentis inuenient, ulterius cum illo non prægrediatur, sed placidis uerbis cum consolatione quamprimum dimittatur.
- 3^o. Si quem alium obnoxium ex minus graui bus impedimentis nouerit, si forte eruditione ille sit insignis, aut aliqua industria excellens, quod ipsum instituto nostro perutiliter reddat, consulto Provinciali de eius offensu ille potest admitti ibidem.
- 4^o. Videat ut in recipiendis sit loquendi quedam gracia, ut in docendo sit facilitas ibidem.
- 5^o. Qui examinat Confessarios et Ordinandos uideat ut non solum sint Professi sed scientia et uirtutibus ornati

Regulae

Regula Sacerdotum

- 1º Sacerdotes omnes nisi de Superioris aut confessari licentia alteri permisum sibi fuerit quod raro contingat quotidianum Sacrificium Missarum celebrabunt. ibidem p 1 c 7.
- 2º Bis saltem in hebdomada peccatorum Sacerdotibus ad id deputatis confiteantur ibidem.
- 3º Omnes Sacerdotes et Clerici conueniant saltem semel in mense, ubi quod tenendum sit iuxta Missalis seremoniarum Breuiary Romanorum et Rubricas plene observandas, constituentur. ibidem
- 4º In obitu Summi Pontificis bis Sacrum faciant, semel pro defuncti anima, et iterum pro Pontifice eligendo.
- 5º In obitu Anterioris pro eius anima celebrabunt pro Prouti similiter facient Sacerdotes illius Provincie ibidem
- 6º In obitu nostrum cuiusque (nisi contingat in ea Dominio ubi degunt, qui aucto tunc ter pariter celebrabunt) semel Sacrum peragent, ibidem et Decreto Capituli Anterioris
1659:
7º Tertio Nonas Novembris singulis annis celebrabunt

12

bunt pro his qui ex nostra Religione ad illum usq;^{ue}
diem defuncti fuerint. ibidem.

8º Sacerdos, qui prædest Orationi continuæ pro S. Romana Ecclesiæ, extirpatione heresum et Pace Christi norum Principum docebit pueros, quomodo se parare debebunt ad Sacraenta Pénitentiæ. et Eucharistie et alia necessaria mysteria fidei p. 2. c. 4.

9º Qui uocantur ad adiuuandos eos, qui morti sunt uicini, habeant in promptu quæco tempore moribundis usui esse poterunt, et tam diu illis adoint, quam diu sola necessitas postulauerit p. 2. c. 6.

Regulæ Confessariorum

1º Confessarij sint prouecti, hoc est supra annum trigesimum etatis approbati, uel à Episcopi, uel a suo Provinciali et de Ordinary locorum licentia, examinati prius etiam a deputatis nostris examinaturibus p. 3. c. 6. Decreto Capituli Episcoporum 1659.

2º Obtenta licentia ad audiendas Confessiones non accedat sine Rectoris Domus consensu. ibidem

3º Dum audiunt Confessiones quantum fieri potest

(Confiteantur)

Confitentium aspectum fugiant, et Confessiones Mulierum
secularium, non nisi in Ecclesia audiant, nisi aliter
agritudo, uel ingens calamitas postulauerit, et tunc
caueat, ne solus cum solas sit, sed Comes ibi maneat, ubi
conspici poscit. ibidem

4º Caueant ne aliquorum Confessiones in cellis aut alijs
Locis, quam in designatis à Superiori audiant nisi
illorum qui infirmitate aut legitimo impedimento deti-
neantur. p 1. c 7.

5º Si quis admonitor Superiorum fuerit, talis sit, ut suis
operibus aliorum erratas emendet, et sit subditorum voluntatis
apud eosdem Superiorum fidus interpres.

6º Nemo petat aliquid aut accipiat, ab his quorum Confessio-
nibus audierit. p. 3. c 6.

7º Si quid detur ut in pauperes distribuatur uel alicuius
satisfactionis nomine de Superioris licentia id faciat. ibidem

8º Nemo admisso ad audiendas Confessiones secularium
recuset puerorum confessiones audire.

9º Confessarius ad confessiones Scholasticorum audiendas
protectionis erit atatis, etsi fieri potest Senex, qui ad Deum
corda discipulorum multâ benignitate et charitate
trahat, ut omnes eum, ut uerum Patrem et reuereantur

et amant

13

et ament p. 2. c. 9. et facile puen^{do} ad confitend^o peccata
inducantur. p. 3. c. 6.

10^o Habeat facilem methodum interrogandi pueros et exem
pl^o Sanctorum quibus ad laudem Castitatis, uentatis & Reli
gionis et aliarum Virtutum sicut ad horrorem uitiorum illi in
stituantur. quo in re gratissimam Deo rem faciet. ibidem

Regula Concionatorum

1^o Qui officium Euangelicæ prædicationis obibit bonis indo
lis et præclaris uirtutis specimen dederit, ut non minus bono
rum morum exemplo, quam facundia et eruditio ne cœ
teris prosp. p. 3. c. 7.

2^o Nemo publicè prædicabit, nisi a Lnt^o seu Provinciali
suis licentiam obtinuerit, ab examinatorebus prius appro
batus. p. 3. c. 7. Decreto Cap. Lntis i. 6. 5. 9.

3^o Antequam quis in Ecclesia publice prædicet, prius pri
uatis declamationibus inter communem refectionem exer
ceatur, et moneatur, si quid corrigendum est, et correctionem
humili et grato animo suscipiat. et omnia quid dicturus
est, diligenti præmeditatione consideret. ibidem

4^o Nemo tempore Aduentus et Quadragesimæ prædica
bit extra nostras Ecclesias, et extra id tempus non nisi
ex urgentissima causa, et de Prvulis consensu. ibidem

- 5º Curabit in concionando familiariem dicendi modum
ad libere quo uti solent RR. PP. Oratorij in Valli
cella de Urbe, ab affectatis uerbis, et rebus inutilibus
abstinebit natura polum inflammare animos Audi-
torum ad Dei amorem et mundi contemptum moreq;
probe reformatos.
- 6º Nemo qui publicè prædicabit recuset diebus festis
uel intra hebdomadam ad pueros in Oratorio, vel
in Ecclesia sermonem habere ibidem.
- 7º Curabit facili Doctrinâ aliquorum Sanctorum exemplo
confirmata et propriae virtutis, omnes maximè pueros
ad Dei obsequium allicere: ibidem

Regulæ Magistrorum

- 1º Ante initium lectionis aperto capite uersus ima-
ginem deuotè genu flexi solitam orationem dum aliquis
assignatus recitat audient. ibidem.
- 2º In Scholis seu Oratorio modestiam et omnium
Virtutum specimen exhibeant. p. 2. c. 3.
- 3º Non permittant in Scholis nostris iuramenta neq;
iniurias uerbo vel facto, nec quid in honestum et disso-
lutum in discipulis quos ubi occasio se obtulerit ad
amorem uirtutum benigne inducant p 2. c.

44

4º Quiusq; hebdomadis die designata partem aliquam
doctrinæ Christianæ discipulis declarabunt.

5º Nemo discipulos proprijs manibus uerberet sine
licentia Superioris p. 7. c 3.

6º Nemo alicui ex discipulis particularem affectum
ostendat sed cum omni modestia et Literis et bonis
moribus illos instruat ibidem

7º Nemo permittat quemquam ex discipulis finitis
Scholarum exercitijs remanere sed quilibet Magister
suis associet in Oratorium siue Ecclesiam p. 2. c. 2.

8º Si quando ex nrvis Magistris cum muliere aliqua
colloquendum est, non nisi presente à Superiori de-
putato id fiat atq; per paucis. ibidem

Regulæ Præfecti Scholarum

1º Qui noui ad Scholas accedunt eos prævio exa-
mine in ijs Classibus cumq; jis præceptoribus collo-
cabit qui ipsi conueniunt. p. 2. c. 9.

2º P̄dis in anno examen Discipulorum fieri curabit
post Calendas Novembris et post Solennitatem Pa-
schatis quo diligentes ad Superiores Scholas gradum
facient. ibidem

3º Pueros in timore contineat eosq; uerberet iuxta
Superioris præscriptum si quid peccauerint, tam in
diligentia suis studijs adhibenda tam in yjs quæ
ad bonos mores pertinent. ibidem

4º Curret ut libellus Doctrinæ Christianæ ad discipulis
et discatus, in qua sunt moris est. Dominicis diebus
et consuetis festiuitatibus in nostris Ecclesijs ad
Maiores Dei Gloriam et proximorum utilitatem pueri
exercebuntur. ibidem

5º Caveat ne libri, qui prælegendi sunt bonis moribus
puerorum nocere possint. ibidem

6º Curabit ut libri discipulorum non solum characteribus
sint insigniti, sed ut ex eorum lectione tam pueri, quam
eorum Parentes fructum percipiant. ibidem

7º Caveat ne nisi assignatus libris cum Discipulis Magni
adhibeant. quorum Catalogum singulis annis exponat. ibidem

8º Curabit ut Confessionem et Communionem Sacram singulis
mensibus certo die assignato faciant, et qui adhuc non sunt
apti ad Communionem suo tempore instruantur sicut minores
ad Confessionem

9º Curabit etiam ad discipulorum libram in pueris conseruandam ut
publicè in atrio affixæ sint ob oculos eorum Regule Scholasticæ.

10. Si grauitas alicuius deliti digna sit exclusione
alicuius à Scholis id non fiat nisi consulto Rebus
item si aliquis iam electus iterum recipi uellet.

11. Videat, ut quid à Magnis dictantur, ne quid incon-
ueniens exhibeat. Idē Scholas sōpe uisualib[us]
obseruabitq[ue] an Magni et Discipuli munere suo
fungantur bene, nudit[us] manibus non uerberet.

De ijs que ad bonam puerorum eruditionem iuuabunt

1º Si diligenter a teneris annis pueri pietate ac lñs imbu-
antur, felix totius uitæ cursus præculdubio sperandus
est. p. 2. c. 8. propterea finis nr̄e Religionis est eni-
ditio tum circa Christianam pietatem tum uitæ bonas
lñs, ut sic edicti uitam possint consequi æternam

2º Erite Instituti nostri a primis elementis modum
rectè scribendi computandi faciendi linguam latinam pietati
rem præcipue et doctrinam Christianam pueros docere, quæ
sciri poterit facilitate. p. 1. in præambulo

3º In domo, quæ in quacunq[ue] Provincia studijs nostro-
rum assignata est, ultra Rhetorican et Casus Con-
scientia nisi pro nostris non procedatur. p. 1. c. iv.
4º Multa patientia et charitate omni uirtute pueros pau-
peres exornandes curabimus. p. 1. in præambulo.

Regulæ Modestia.

- 1º Aspectu, incepſu, Sermone, et totius corporis forma
quisq; ita ſe componet. ut Angelos in puritate imitan-
tū deatur, caueatq; ne mors per oculorum fenestras intret. p. 2. c. 3.
- 2º Quisq; modestiam seruet, non tantum in Sermone, sed
etiam in modo loquendi, caueat a uerbis facies aut ſcironib;
et mordaubus seu contumeliosis, qu& distractionem proſege-
rant p. 2. c. 3.
- 3º Omnes ſe inuicem reuereantur, et cum magna reuerentia
colloquantur. ibidem
- 4º Prælatis S. Rom Ecclesiæ et Principibus ſacularibus
et similiiter Superioribus Religionis debitum obsequium
prætabunt ibidem
- 5º Nemo, quenquam, niſi ex officio mortificet, nec con-
tentio e agat, aut in collocutionibus uocem extollat neq;
alioſ fictis nominibus, aut cognominibus appellat p. 2. c. 7.
- 6º Quisq; in uerbis tam exterioribus, quam interioribus
cum Paupertate enire munditiem curet. p. 2. c. 6.
- 7º Nemo pro pensione animorum habeat ad partem
alterutram factionis, qu& ſolet eſſe inter Principes, Cittates
et Ciues, ſed ſit inter nos quidam uniuersalis amor, quo partes
omnes in Domino complectamur, et pro earum Unione oremus p. 2. c. 7.

Regulae Scholasticorum

16

1º Qui ad Professionem admissi non nihil professi
in uenit uirtutibus videbuntur de fundamento Lite
rarum et modo eas proponendi cum eis cogitandum est.

p. 2 c. 10.

2º Qui studijs uacant, tempus extra Recreationis ordi
narias otio non absumant, neque vocationis assiduitatem
et animi modestiam negligant.

3º Studia cum pietatis ardore coniungant. atq; ideo
bis singulis annis ante Resurrectionem et Nativita
tem Dominicam per decem dies spiritualibus exercitijs
uocabunt, ut ita spiritus seruorem recuperent et auze
ant. ibidem

4º Qui Literis humanioribus uacauerint, suis tem
poribus de eis disputabunt, quod ad illa studia perti
nent coram aliquo, qui eos dirigere posset et exercebun
tur in componenda soluta oratione et carmine ad expo
randam ingenij promptitudinem et communiter latine
loquuntur. ibidem

5º Nemo ad Scientias admittatur, nisi rite linguam
latinam calleat, et probe humanioribus Literis sit instruatus.

6º Ad.

6^o Ad conseruandam et augendam pietatem erga B. Vir-
ginem qui non sunt Sacris ordinibus insigniti quotidie
privatum eius officium recitabunt.

Officium Sacristæ

- 1^o Curret obligationibus Missarum apposite satisfici
habeatq; librum, in quo huiusmodi obligationes adnotentur.
- 2^o Habeat alterum librum, in quo singulos Sacerdotes
singulis diebus celebrantes adnotet.
- 3^o Sacerdotes exteris ignotis sine Lris. Testimonialibus
ad celebrandum non admittat sed cum modestia et uerbo,
rum officijs dismittat.
- 4^o Curabit diligenter inventarium rerum Sacrarum
custodiri, et res laceras resarciri.
- 5^o Curabit omnia modestè, decenti et cum proximorum
& dignificatione fieri in rebus sacris, candelas, hostias,
Vinum eo die haustum promptè administrari.
- 6^o Totam Ecclesiam altaria, lampades mundas, et accen-
sas habere studeat, horis destinatis portas Ecclesie
aperiat et claudat, et claves noctu Superiori custodien-
das deferat.
- 7^o Si opus est diebus maximè festiuis curet se impedito
ut custos Ecclesie adsit.

8^o Purgabitur Ecclesia alternis saltem diebus, vel singulis
si opus fuerit.

9^o Singulis octo diebus aquam lustralem renouandam
curabit.

10^o Tabellam appensam habeat, ubi nomina omnium
Sacerdotum ex ordine Professionis adscripta sint.

Regulæ Praefecti Sacrarum rerum seu Magistri Cæremoniarum

1^o Omnes Sacros Ritus probe calleat, ut saltem semel
in mense omnes Sacerdotes et Clerici conuenientes ab eo
instruantur iuxta Missalis Breuiary et Ritualis ro-
mani rubricas p. 1. c. 8.

2^o Curabit ut Sacrae ædes altaria Vasorum sacra, Sacerdo-
tales Vestes, altaria ornatus et cetera ad Diuinum cul-
tum pertinentia mundas splendidaq[ue] sint, ac suis locis
collocentur, diligenter afferuentur; ne ex incunabulis rerum
huiusmodi inertes animi Religiosorum à Secularibus
iudicentur. ibidem

3^o Caueat ne res prædictæ sordibus inficiantur atq[ue] ideo
extra Ecclesiam utenda non facile concedantur. ibidem

4^o Quæ ad paupertatem spectant in dictis ornamentis ui-
deat quid Op[er]i Inlis decretis A 1659 constituatur.

stante

stante diplomate Alexandri Septimi, qui de ea dispo-
nit aliter quam Constitutio.

Officium Bibliothecary

- 1º Officium Bibliothecary assignetur Religioso Literis eruditu, qui sciat ordine libros collocare et conseruare
- 2º Habeat librum, in quo signet libros totius Bibliothecas, et alterum, in quo notet, qui commodantur, quos suo tempore studeat recuperare, neq; sine licentia Rectoris in scriptis permittat extra Bibliothecam deportari.
- 3º Bis in hebdomada curet mundari Bibliothecam habere, et compositam ac mundam ac puluerem ex libris excutiri, et quæ tineat reparari
- 4º Quodquoad fieri poterit novis libris augeri Bibliothecam

Officium Lectoris ad Mensam

- 1º Lectores ad Mensam erunt omnes Clerici et Sacerdotes qui non sunt Professi à Septennio, et a triennio Sacerdotes nisi aliter ratio loci et exiguis numeris familiæ postulaudet, tunc enim relinquitur prudential Superioris, qui alta et clara distin-
cta uoce legant, lectionem, quam diligenter prauidéant, ut bene et emendate proferant, et in dubijs consulant, qui eos possit instruere.
- 2º Lector uero correctus repetat, et emendate iterum proferat

Si quid

si quid errando pronunciauerit, neq; legere incipiat nisi
dato signo per Rectorum.

3º Librorum habeatur ratio, ideo mane legat primo aliquis
de Sacra Scriptura novi uel ueteris Testamenti; in Domini
eis autem et celebrioribus Festis Euangelium quod ex die
currat, cui succedat Lectio Vitæ Sanctorum aut alicuius libri
py, ac facilis iuxta indicem praesigendam. Vespere autem
primo Martyrologium et cætera ut mane.

4º Initio cuiuscunq; mensis legat Summariū Constitutionum
et Regulas communis ac Ritus prout in Tabella adnotat, sicut
suo tempore bullas consuetas Summorū Pontificum

5º Singulis Sabbathis publicabit nomina eorum, qui tota hebdo-
mada legat et administret in mensa

Catalogus librorum qui in Refectorio leguntur

Ex Veteri Testamento Pentateuchus præter Leuiticum
Historiales et Sapientiales præter Cantica

Prophetiales præter capita aliquot obscuriora legentur.

Ex Nuevo Testamento omnia integrè.

Libri qui post lectionem Scripturæ legi possunt
Vitæ Sanctorum Recitadine ira.

Thomas a Kempis de Imitatione Christi

Granata de Mysterijs fidei

Rodriguez de Perfectione Religiosa

Epitome Anna

Epitome Annalium Barony

Soliloquia Patris Cesarii Franciotti post communionem et
alij aliorum Authorum ex arbitrio Rectoris, qui et pietatem
promoueant, et ad virtutem Religiosae propositum faciant.
Vespere cum ieiunatur legatur tantum Martyrologium Romanum
et aliquod pium exemplum

Officium Horarij

- 1^o Horarius iuxta distributionem horarum in tabella, singulari uicibus signum campanula dabit, ut omnes conuocentur ad communas et consuetas functiones, qui uideat an in huiusmodi exercitijs desit aliquis sine licentia Superioris
- 2^o Noctu in Oratorio curabit ut lampas sit parata et accensa quam etiam completis orationibus extinguat.
- 3^o Curam habebit librorum, quibus uti solet hebdomadarius pro meditationibus et consuetis precibus.

Officium Oeconomi seu Procuratoris domestici

- 1^o Habeat Catalogum Beneficiorum pro quibus curet quotidie fundi apud Dcum preces.
- 2^o Suis temporibus fideliter si qui sunt redditus domus exigit, debita soluat, scribatq; tam receptum quam expensum
- 3^o Nihil locet, nihil uendat, nullum contractum ineat in nullo iudicio compareat, nullas lites incipiat aut transigat sine Superioris licentia et seruatis seruandis

13

4º Lites ex necessitate incaptas diligenter absoluat, consu-
lat peritos, remquomnem sine turpis, iniurijs, aut lamen-
tationibus peragat.

Regulæ Oeconomi seu Procuratoris Domus

1º Erit apud eum liber accepti et expensi, in quo per singu-
las hebdomadas menses, et Annos præsente Superiorē
aut alio ab eo deputato summa referatur p 2 . c .

Regulæ Infirmary

1º Infirmarius, qui sit diligentia Charitate, et patien-
tiæ præditus, curet ut bis saltem in Mense seu ut magis
Superiori placuerit, ægrotis qui in lecto detinentur Eucha-
ristia Sacramentum deferatur. p. 1 . c. 7 .º

2º Curet antequam agniti iudicij usum amittant, illis sa-
cramenta omnia administrantur. ibidem .

3º Curet ut ægrotis moribundis aliqui adstent, qui eos
ad actus contritionis Fidei Spei et Charitatis leniter
adhortentur. ibidem .

4º Cum uersatur ægrotus in ultimo mortis conflictu, si-
gnum campanula dabit, ut eo omnes Religiosi conue-
niant, et prius monitis et orationibus migrantem ani-
mam totis uiribus iuuare studeant. p. 1 . c. 7 .

5º Cumque

5^o Cum quis agnoscere ceteris simul atque ei indicatum fuerit si rem censem est grauem, Superiorum certiorum faciat, ut eius iussu in Valetudinarium ducatur p. e.g.
6^o Curet de assensu Superioris, ut infirmorum Lecti sint latiores cum suis culacris et puluinariis sum suis linteaminibus et subcululis lineis ad hoc valetudinario destinatis p. e.g.

7^o Necessariae aegrotis accurate et sedulo ministret, nihilque eorum quae Medicus iniunxit pratermittat statutis horis cibum bonum ac benè preparatum et medicamenta praebeat quæ absq; Infirmary consensu nemo procurare audeat vbiiden

8^o Quotiescumque Medicus (qui communis infirmis omnibus à Superiore destinatus. neque sine eius licentia alius à quopiam adhibeatur) aduenenter præsens adsit, et quæ prescripsert omnia scripto excipiat p. i. e.g.

9^o Queat ne plures quam tres ad Infirimum confluant, ne multi simul et longiori colloquio aegrotum molestia afficiant p. e.g.
10^o Curet cum Infirmus spiritum exhalauerit, eius cadaver.

abhi

20

ablui; decenterq[ue] suis uestibus indui ac deferri in Oratōn-
um, aut alium decentem locum ubi spatio diei naturalis
custode ac luminibus adhibitis aperuetur, nisi citius
ob tērum odorem humāndum Superioris arbitrio iudiceretur.

Officium Infirmary

- 1º Observet quā horā febris infirmum corripuerit, ut mo-
nerē possit Medicum ad eānam uel prāndium anteuenient-
dum uel postponendum
- 2º Egroti cubicula mundet, quotidie, et matulas et sua
phīas abstergat, lectos quotidie sternat, et si fieri potest
flosculis et ramuseculis cubiculum ornet ad exhilarandum
agrotum: quem semper religiosis uerbis alloquatur, et
patienter, et cum omni charitate tolleret seruans illud
Prophetæ Verbum bonum melius quam datus

Officium Receptoris Hospitum

- 1º Cellas mundas retineat, et hospites hilariter semper, re-
cipiat, quibus cellam iuxta religiosam paupertatem or-
natam assignet, et stratam culicinis et cervicalibus et
pulvinanibus mundis.
- 2º Si quid relictum per obliuionem ab hospitibus statim supe-
riori denuntiet

3º Hospit,

3º Hospitibus nostris prout eorum ratiō exigit, curabit
pēdes lauari, et per triduum, unum uel alterum, frēculum
addi in Mensa, et refici à laſitudine itineris.

4º Hospites subsint Rectori non seuis, atq; si effent aſſi-
gnati in illā domo.

Regulæ Custodis Vēstium

1º Curabit ut in Vestiario ad munditiem sint Vēstes
ſufficientes, in eoq; Vēſtimenta omnia ſiue lanae ſiue
linea communiter aſſeruet, exceptis yjs quād Supēnioris
arbitrati utenda ſingulis diſtribuet p. 2 . c. 6.

Regulæ Excitatoris

1º Lampadēm accendet ab ineunte nocte, quam ex Decreto
Clementis VIII curabit totā nocte collucere in medio
dormitory p. 1 . c. 4.

2º Post quadrantis horæ ſpatium plus minusve a noctur-
na benedictione dato ſigno per campanālām Iuſtrabit
cubicula, uidebitq; an in cellis Luminā extinctā ſint,
ſicubi uero extinctā non eſe nouerit, niſi aderit Supeno-
ris licentia admoneat ut extinguitur.

Regulæ

21

Regulæ Ianitoris

1º Ante primam horam noctis, fores claudat, et ad Superiorum claves deferat, quas manè ab eodem recipiat p[ro]c[ur]at.

Officium Ianitoris

1º Sit Religiosus modestus, discretus, et si fieri potest senex qui posuit esse sedulus in suo officio.

2º Pauperibus benignè respondeat, et cum ceteris, qui ianuam pulsant, religiosis uerbis (Deo Gratias) utatur, cum mulieribus ad portam confluentibus non diu colloquatur.

3º Vocatos Patres aut Fratres signis admoneat (nisi negotij gravitas et dignitas Personarum, et ratio temporis alter exigit) tempore communis refectionis et orationis roget aduocantes parumper expectare

4º Habeat in loco opportuno duas tabellas, alterâ orationes ab exequentibus et redeuntibus dici consuetas contineat, altera nomina singulorum religiosorum degentium in ea domo cum suis notis, quibus designabuntur qui egredientur

5º Gymnasia statutis temporibus aperiat atque claudat.

6º Cum Medicus de omnibus ingreditur, signum dabit campanula ut Infirmanus et ceteri quorum interest adesse possint

7º Si quæ Literæ aut Schedulæ deferantur nulli nisi Superiori

tradat, nulliqz externo à Domesticis Lras, aut aliud, nisi
eiusdem Superioris dabit.

8º Nihil recipiat custodiendum à quoquam externo
nisi cum consensu Rectoris

Regulæ Coci

1º Videat, ut & quasit portio omnibus, et in ultraqz mensa
idem omnibus ferculanam numerus, nisi aliter Superior ius/
serit et ratio ualeitudinis alicuius exegerit. p 2. c. 4.

2º Nemini peculiarem cibum ad mensam afferat Superio/
re inscio. ibidem

Officium Coci.

1º Mundiciam in cibis parandis secundum Religiosam
paupertatem seruet, ut in reliquis uasis quæ ad culinam
pertinent

2º Ligna carbones &c. plus quam opus sunt non comburat,

3º Conseruet si quæ ex mensa superfluent, aut pauperibz
quæ seruanda non sunt, distribuat ex præcepto Superioris

4º In uentarium supellechilium suis officiis habeat, curetqz
omnia necessaria ad ea parare

5º In emptione rerum si evit etiam emptor sit fidelis, et hone/
stu pretio bonos emat, et expensis singulis diebus Superiori raho/
nem reddat.

6º Nulla

22

6º Nulla uerba nisi religiosa proferat et ea quæ ex
fraterna charitate procedunt.

Officium Dispensatoris

1º Reg ad uictum pertinentes fideliter custodiat ac
dispensem, iuxta tamen Superioris mandatum nihil dissipet
disperget, aut corrumpi sinat, nihil extra domum distrahat
necessaria non deneget superflua non tribuat.

2º Dolia et alia sub curia uasa commissa bene conseruet

Officium Praefecti Refectorij

1º Suret omnia quæ usu Refectorij deseruiunt, ut sint
mundæ, ne aqua desit abluerendis aut mantilia abster-
gendis manibus

2º Singulis hebdomadis mappas mundas reponat,
cyathos urceolos et reliquæ uasa mundet cum opus sit,

3º Nihil dispenset sine Superioris licentia et quæ
superfluunt, ex mensa dispensatori retribuat.

4º Habeat tabellam appensam eorum, qui legere
et administrare singulis hebdomadibus tam in prima
quam in secunda mensa debeant, quo admonebit, si
forte absint cum leguntur eorum nomina

5º Vbi erit copiosus numerus Religiosorum, curabit ut

Tempore

tempore Aduentus et Quadragesimæ sit mensa separata
pro illis, qui propter infirmitatem Paschalibus cibis uescuntur.

Officium Quæstorum

- 1° Sint diligentes in eleemosynis quærendis, fideles
in afferendis, deuoti in petendis, modesti in respondendo
parci in interrogando, exemplares in ambulando, patientes
in sufferendo, quæ illis à sacerdotalibus proferantur, iniurie
uerborum et contumeliam.
- 2° Omnes fratres nostri Operari, ad conseruandam et
augendam pietatem erga B. V. quotidie priuatim eius
ut aiunt rosary terciam partem recitabunt.

Regulæ de Ordine domestico.

1° Assistentes primum locum habebunt post Cisterm
iuxta eorum Professionem. p. 3. c. 8.

Post Assistentes Provinciales iuxta antiquitatem suis
cuiusq; Provinciæ ibidem Decreto Lntis (ap. 1659).

3° Post Provinciales Procurator Lntis. Deir. (ap. Lntis)

4° Postea Visitatores tempore Visitationis, extra Visi-
tationem locum suis Professionis obtinebunt p. 3. c. 8.

5° Post Visitatores Rectores particularium Domorum

et Novi

- et Novitiatus iuxta ordinem sub Professionis. videtur
6º Post Rectores Vice Rectores tum Sacerdotes, post Sac-
cerdotes Clerici Professi, tum hospites tum Fratres Ope-
ranj, Professi omnes iuxta ordinem sub Professionis
7º Post hos Novitij iuxta ordinem admissionis
8º Si duo vel plures eodem die Professionem emittant
ille præcedet, qui in antiquiori domo Professus est.
9º Qui maioribus Ordinibus initiati sunt præcedant
eos, qui minoribus, sed hi ad eundem gradum euech
non amplius ordinis sed Professionis ordinem habeant
missi qui suacutpa ad Ordines non fuerit admissus.

RITVS COMMVNES

De Cæremonys Ecclesiasticis

Caput I.

1º In Missis celebrandis tum priuatis, tum sole, mnibus sicut in alijs omnibus Officijs Ecclesiasticis seruentur ad unquem Rubricas Missalis, Cæremonialis, ac Ritualis Romani iuxta commentaria Rm Patris Bartholomæi Gauanthi ex Cœnicis Regula, vibus S Pauli

2º Singulis Mensibus in 1^{ma} scilicet Dominica Sacerdotes et Clerici exerceantur in supradictis Cæremonijs iuxta prescriptum Constit. p. 1. c. 8. et ideo assignabitur aliquis penitus Sacerdos, qui Cæremoniarum Magni officio fungatur

3º Solemniori ritu celebribuntur dies Festerum Nativitatis Domini, Circumcisionis, Epiphaniæ Paschatis Ascensionis Pentecostes Corporis Christi, Dominicæ Palmarum, Quatuor Feriarum Hebdomadæ Sanctæ Titularium et Patronorum Religionis ac nostranum

Euleri

Ecclesiarum Annunciationis Purificationis Na-
tivitatis Assumptionis S. Joseph.

4º Solemni ritu celebrabuntur reliquæ Festivitatis
B. M. V. Natalia Apostolorum, aliorumque
Sanctorum 2 dæ Cässis eo modo quo usus Reli-
gionis consueuerit.

5º Ritus in admittendis ad habitum et Professionem
atq; in Renouatione Votorum obseruetur iuxta
consuetum morem, prout in Libello ad id composito
prescribitur.

De Cultu Ecclesiæ

Caput. 2.

1º Singulis quindecim diebus uel per Rectorem, uel
per Magistrum Cœmonianum uisitetur Ss mūm Eu-
chanistiæ Sacramentum, ut sic decenter semper conser-
uetur in custodia nec unquam in ea Sacramentum desit.

2º Singulis Dominicis et Festivitatibus ex precepto per
Sacerdotem Hebdomadarium, qui etiam totâ suâ Hebb-
mada Missam primam celebrabit, Vesperæ cantabuntur

ubi non

ubi non est diuersa consuetudo tono alto et plano, deuoto
suavi ac simplici, qui etiam adhibetur cum Missis
solemnes celebrantur.

3º Eodem tono officium quod tenebrarum dici solet, cum
suis Ceremonyis in hebdomada Sancta fiat.

4º Singulis Sabbathis B.M.V. Iithaniis cantabuntur
et ubi non est usus Musicorum cantu piano et alto
per Sacerdotem Hebdomadarium et duos Cericos, ad
teris ordinatim in Ecclesiam eunib[us].

5º Confessarii in administrando Sacramento P[ro]nitentie
utantur semper stolis uiolaceis, et in Solennitatibus pri-
mæ Clavis etiam superpelliceis iuxta usum Loci.

6º In Solennitatibus solemnioribus, ubi etiam solet esse frē
quens populi concursus aderit in Sacrario Sacerdos à Supe-
riore destinatus, qui paratus sit petentibus administrare
S. Communionem.

7º Omnibus diebus Festis adsint duo uel plures Cerici, qui
Sacris inseruant induti semper superpelliceis

8º Purificatoria Humeralia Sudaria, Albas et Sobalias
mutentur singulis quindecim diebus, Corporalia uero sim-
plicibus, aut prius iuxta numerum.

9º Nul-

gº Nullæ tragediæ, nullæ representationes Drammaticæ
in Ecclesia peragantur, quas ransimè agi etiam aliquo
loco destinato permittendum est et non nisi decentes ac prius
examinatas.

De Confessione & Communione Clerico, rum & Fratrum Operariorum

Caput. 3.

1º Clerici et Fratres Operarii iuxta Constit. aº p c. 7.
bis in hebdomada Sacra Synaxi reficiantur, hoc est
die Dominico et quinta Feria: nisi infra hebdomadam
aduenerit aliqua festivitas ex pracepto aut consuetudine
in quibus tunc loco quinta feria communio fiat. Nemo
presumat Sacram synaxim sumere quotidie, nisi a
Capitulo Lenti probata sit causa et obtenta in scriptis
Licentia.

2º Communio fiat in Missâ Conuentuali quo celebra
bitur completa oratione mentali matutinâ horâ
competenti et præmissâ omnium Confessione Sacerdo
tibus assignatis, sed in Solemnitatibus 1. Missis fiat
in Missâ solemni et Clerici utantur super pellicis

3º Dini

3^o. Bini iuxta ordinem professionis procedant ad Communio-
nem, et ante Altare genuflexi deuote recipiant Sacram
Synaxim, quā receptā iterum facta genuflexione modeste
recedant ad consuetum locum, ubi saltem per spatium
quadrantis ex peculianī deuotione gratia Deo agant.

De Oratione Mentali

Caput . 4.

1^o. Cum manē excitantur nostri ad Orationem menta-
lem inter primum et secundum signum campanulae in-
tercedat aliquid sufficiens spatium, quod nullibi sit
minus quadrante, ubi uero est numerosa familia non
excedat dimidium horæ.

2^o. Ante initium Orationis mentalis p̄mittatur per
Sacerdotem Hebdomadarium ut moris est Psalmus Mi-
serere, non tamen prius quam Rector signum dederit
inchoandi et p̄scriptas preces ac meditationes e libro
legat genuflexus in medio ad Altare.

3^o. Completo prope spatio horæ per Hebdomadarium
dabitur signum ad colloquium, et iterum post breve spatium
per Rectorem dabitur aliud signum ad terminandum
Orationem Mentalem per preces vocales, ut moris est, hoc
est

hoc est, per unam ex Antiphonis BM.V. iuxta uarietatem
temporis et per Antiphonam Adoramus te CHRISTE
capite profunde inclinato donec Superior benedictionem
impertiatur.

4º In mentali oratione Vespertina post invocationem
S. Spiritus idem ritus seruabitur atq[ue] in matutina.
Tempus autem huius Vespertinae orationis a Calendis
May usq[ue] ad Calendas Septembres poterit esse post dor-
mitionem meridianam, nisi ratio loci aliter postulauerit.
A Calendis uero Septembres usq[ue] ad Calendas May erit
semper ante cenam seu refactionem.

5º Diebus Dominicis ac Festis ex precepto poterunt loco
meditationum quotidianarum legi alijs piis et deuotis
ut Meditationes Patris Cesarii Francio[n]i aut alicuius
alij p[re]i et autho[r]is, quod ipsum obseruatum oit diebus
ante Resurrectionem Votorum die Paschatis et Nati-
uitatis Domini.

6º Per decem dies post susceptionem habitus et ante emis-
sionem Votorum Nouity, sicut ante celebrationem prima
sua Missas Nouelli Sacerdotes in spiritualibus exercitijs
uersabantur, quo tempore, generalem Confessionem præmittere
poterunt

poterunt Confessario ad id deputato, ut ita consequantur sibi
indulgentiam per summos Pontifices concessam seq̄; melius pre-
parent ad huiusmodi pias munera functiones, in quibus
etiam saltem semel in Anno omnes et singuli Religiosi nostri
exerceri ad Virtutis incrementum deberent.

7. Ad examen Conscientiæ (quod non excedat dimidium qua-
drantis) Hebdomadarivs ante prandium recitat orationem
qui mox præmittet hæc Verba Eleuimus mentem in Deum
et examinemus diligenter et attente Conscientiam nostram
In fine debet quisq; promere actum Contritionis, nam ad
hunc finem uidetur fieri examinatio Conscientiæ dato signo
per Rectorem idem Hebdomadarivs dicat, Tu autem Domine
miserere nobis Respondentibus ceteris Deo Gratias
subiungat Agimus tibi Gratias &c. tum data benedictio
ne p Superiori ordinatim accedant in Refectorium.

De Oratione Vocali

Capit. 5.

8. Ad Coronulam Beatae Virginis, quæ a Calendis Martij
usq; ad Calendas Novembri post horam a prandio reci-
tabitur calix vero temporibus sero ante orationem men-
talem recitatis Litanijs in medio ad Altare hebdomadari-
vus accedat ad locum suum et absolutis psalmis et Anti-
phonis

phonis iuxta morem et temporis varietatem Coronula finem
imponat ut moris est.

2º In tribus uero diebus hebdomadæ Allationis incipiatur
à Litanijs et recitatis psalmis ab qz Gloria Patri &c. Deo
cum suis Antiphonis concludatur per antiphonam Christus
factus est pro nobis &c. iuxta Rubricam: deinde dicto secreto
Pater noster alternativm Palmus Misericordie recitetur cum ora-
tione Respice, secretâ conclusione, ab qz illa Benedictione
recedant, omnes tacite et modeste

3º Recitabuntur per Hebdomadarium cæteris responden-
tibus Litanijs Sanctorum in Oratorio cum suis precibus
ut mons est, antequam cubitum eatur, quibus absolute fiat
examen conscientiæ eo modo, quo supra ante prandium dato
per Rectorem signo idem Hebdomadarius concludat, ut
fieri solet in oratione matutinæ et impetrata per Superiorum
benedictione cum aspersorio aquæ benedictæ omnes cum
silentio procedant ad suæ cubicula

4º Secundâ quartâ et Sextâ feria (nisi incident dies Fe-
stus ex precepto aut consuetudine) fiet communis flagellatio
(ut vulgo dicitur disciplina) Consit. p. 2dā c. 4. præmisso
præambulo consueto, sicut præscribitur in libello precum
quotidianarum et recitatu psalmo. Miserere cum solitis
precibz

precibus à Sacerdote. Hebdomadario alternatim cum alijs
invocata in fine intercessione Sancti aut Sanctorum; quorum
dies festus celebrabitur. Tempus huius Flagellationis hyc
me ante cōnam post Orationem mentalem serotinam, & tate
post examen Conscientiæ ante cubitum prout ratio loci, aut
prudentia dictabit.

5º Singulis Mensibus in honorem Sanctorum ultimâ die
mensis distribuentur aliquæ Schedulæ cum aliquibus Sen
tentijs S. Patrum ad mores corrigendos invocato prius Spiritu
Sancto per Hymnum Veni Creator Spiritus. Post absolutas
Litanijs Sanctorum serotinas factâ distributione Schedulanu
hebdomadarius concludat per orationem Agimus tibi Gracias
6º Spiritualis Conferentia seu Convio habeatur singulis diebus
Dominicis iuxta Constit. p. 1. c. 11. quæ medium horam non
excedat, hæc fieri poterit per Superiorem vel per alium Sacer
dotem ad id idoneum, seu etiam requirat Rector ab uno vel
ab altero aliquod documentum fructuosum quod ex Euangelio
annotauerint, vel liber aliquis legatur ad id aptus, tum ipse
hebdomadariam mortificationem, hoc est aliquam breuem prece
aut autum humilem iniungat. Hæc tamen Conferentia pre
termitti poterit, si ea die aliquis admissus fuerit ad habitum
vel ad Professionem, ad quam Conferentiam omnes sedent
et caput tegant.

7º Superior habeat sedem et locum digniorem in Oratorio, eidemq

ab intran-

ab intrantibus et exiuntibus debita reverentia exhibeatur.
neq; sine eius licentia exire quis presumat.

8^o. Domo egredientes et redeuntes dicant consuetas orationes prout in tabella, et apponant notam ad sua ipsorum nominata in altero ubi sunt descripta.

De Capitulo Culparum

Caput. 6.

1^o In Capitulo culparum quod singulis Sextis ferijs iuxta Constit. 1. p. c. II. fieri, nisi aliquis dies festus ex precepto, vel consuetudine, contigerit aut aliter aliquando Superiori bene uisum fuerit, promittatur a Rectori Oratio. Actiones nostras &c. tunc omnes affigant, sedeant et caput operiant curetq; Superior ne tandem pariat prolixis sermonibus, sed si quidpiam in aliquo corrigendum est cum charitate et zelo fraterna correctionis id breuiter faciat, et assignet aliquam mortificationem ex his, quae Constitutione prohibuit p. 1. c. II. Sed circa Novitios obseruetur eorum instructio.

2^o Tempus uero assignatum huic Capitulo Culparum erit post Orationem mentalem matutinam aut post serotinam prout prudentia Superioris uidebitur

3^o Terminabit hoc Capitulum Rector cum consuetudine

Oratione Agimus tibi gratias elicito post aliquo actu
Contritionis

De Exequijs pro nostris

Caput. 7.

1º Singulis qui ex nostris e vita migrabunt suffragia sicut
ex prescripto Constit. 1. p. c. 10. (ut usus est) officium mor-
tuorum dicatur presente corpore tono mediocriter alto,
sine cantu, presentibus in Ecclesia domesticis cum suis can-
delis accensis ad Responsoria prope tumulum.

2º Sacerdotes induantur habitu sacerdotali (ut monis est)
perici superpelliceis. Fratres Operarij solito pallio

3º Ad feretrum, quod in nudo pavimento collocabitur, arde-
bunt duo intortitia, si sacerdotes fuerint, si perici aut
Fratres Operarij duas facies aliquanto minores, si uero fu-
erint superiores actu quatuor, feretrum autem solius
Pnlii ponatur super pedrellam coopertam panno nigro.

De Receptione Superiorum tempore

Visitationis Caput. 8.

1º In aduentu prout etiam in discessu Pnlii Pnulis et Vni-
tatoris in qualibet domo Rector curabit Campanula signum
dari, et conuocari totam familiam in Ecclesia seu Oratori, unaq;
cum omnibus ipse ab eis genuflexo benedictionem petat.

29

2^o. Tempore Visitationis sileat auctoritas Superioris unde nihil differere presumat, et presentibus Ente seu
Prouti aut Visitatore nemini benedictionem imperietur, neq^z in Oratorio, neq^z in Refectorio cuiquam mortificationem aut paenitentiam aliquam iniungat, aut quid, piano promulget nisi illis annuenib^zus.

De Refectorio

Caput . 9 .

1^o. Præmittatur benedictio per Rectorem seu in eius absentia per Hebdomadarium et sequatur actio gratianum ex more Ecclesie iuxta Breuiarium Romanum quas omnes agant cum ea, quam par est deuotione et reverentia mox flexis genibus recitetur Salutatio Angelica pro Victoria Christianorum contra haereticos et infideles et capite profunde inclinato. Subtuum præsidium.

Diebus vero, quibus omnes Sacram Synaxim receperunt addatur Iustum ergo Sacramentum &c. ut moris est etiam capite profunde inclinato.

2^o. Sacerdotes et Clerici semper cum suis byretis ad mandam accedant neq^z unquam caput detegant inter manducandum.
3^o. Venienti aut recessenti Superiori omnes assurgant et donec

donec ipse assederit, ita consistant, quo etiam tempore Lector
stant sileat.

4º Lectio ad Mensam incipiatur præmissis consuetis
uerbis Patres et Fratres attendamus Lectioni &c. et intr
Lectionem huiusmodi maneter et sero bis dicant solita
Verba, Patres et Fratres recordemur feliſ et Aeti &c.
Absoluta mensa et dato signo per Rectorem dicat Lector
Tu autem Domine misere nobis. Respondentibus
cateris Deo Gratias, interim idem Lector dabit signum
secunda Mensa, in qua etiam erit Lectio eorundem libronum
prout numerus accumbenium postulauerit.

5º Absoluta gratiarum actione, uel ipse Coquus, uel
etiam Coadiutor, uel his impeditis aliis frater Opera
rius, suggestet memoriam passionis Christi solitis uer
bis Patres et Fratres recordemur Passionis &c.

6º Si inter Mensam occurrat dati signum Salutationis
Angelicæ omnes stabunt deuote audientes Lectorem
recitantem orationem consuetam, quæ absoluta omnes
uersus Superiorens caput inclinent et sedeant, si id
inter gratiarum actionem accedat, his prius absolutis

singuli

30

singuli iuxta temporis uarietatem, uel stantes uel genuflexi recitent, qui uero adhuc mensa accumbunt, tunc aguant.

7º In locum recreationis cum aduenerint omnes meminervint religiosæ modestiæ, quæ cum laetitia omniumtare splendeat, cum uero ieiunatur, subtrahatur (ut moris est) tempus recreationis ab horâ ad dimidiam horam

8º Appendatur ad locum Lectoris tabella ubi tempus præmonatur ad legendas Pontificias Bullas Summarium Constitutionum et Regulas et Ritus communis.

Ritus pertinentes ad Scholasticos

De Oratorijs Cap. 10.

1º Qui præsunt Oratorijs sedulo curabunt in perutilio festinitatis per assignatos officiales locum munandi, atq; ornari altare iuxta temporum uarietatem

2º Diebus assignatis (ut in tabella) dato signo campagnula ad horam præstitutam statim accedant ad Oratorium et interim dum pueri conueniunt aliquem pium librum ad eorum capacitatem uel ipsi perse legant uel per discipulum ad id idoneum.

3. In uigilent tam in officio B.M.V. quam in Rosario
ne discordibus uocibus pueri canant, aut nimium pro-
perent sed deuote et suauiter id faciant cum audienc-
tium ædificatione et magna cum pietate

4. Absolutis officijs breuem aliquam et exemplis facilem
exhortationem Praefecti habebunt ad discipulorum ca-
ptum non tamen cum officijs ultra horam prægrediantur
snde pueros ad Sacrum in loco consueto binos ordine
modestè et sine strepitu procedentes assidentur quo
terminato a Praefecto Scholam dimittantur domum
paullatim sine ulla confusione

5. Oratoria Pueri frequentare debent singulis diebus
Dominicis et Solemnitatibus 1^{ma} et 2^{da} classis exceptis
diebus Nativitatis Domini Epiphaniae eiusdem Pa-
schatis, Ascensionis Pentecostes, Corporis Christi, et
Dominica Quinquagesima.

De Doctrina Christiana Cap. II.

1. Vbi Iesus est explicare in nostris Ecclesijs doctri-
nam Christianam Pueros, id magna cum diligentia
et proximorum fructu fiat, assignata hora post

meridiem

- 31
- meridiem diebus festis, Dominicis et alijs festiuita
tibus consuetis iuxta Constit. 2. p. c. 1. ut in tabella.
- 2º Praefectus doctrinæ auditio signo campanula cum aphi-
gnatis et Magistris descendat in Ecclesiam, in quam disci-
puli conuenient, quos ibidem in distinctis locis et classi-
bus iuxta etatem et captum in silentio et modestia
tam diu continebunt, quod ad tempus adent incipiendi
exertitium doctrinæ, quod esse poterit quadrans hora
iuxta quod spaciū aliquā cantio consueta spiritualis
decantabitur.
- 3º Coadunatis pueris genibus flexis duobus illonem in
medio altaris orationem Dominicam cum salutatione
Angelica et symbolo Apostolorum ac decalogo patria
lingua præcinentibus ceteri cum modestia ac pietate
respondeant quibus absolutis omnes suis destinati de-
sideant classibus et doctrinam Christianam diligenter
recitent, aut a Magistro expositam recipiant per dimi-
diā horam.
- 4º Praefectus per aliam dimidiā horam exercebit pu-
eros ad id præparatos, uel in disputando inter se, uel

edocendo

edocendo minores pueros signum S. Crucis formare
Dominicam Orationem, Salutationem Angelicam,
Symbolum Apostolorum, Precepta Decalogi, intelligi
bili uoce, distincte recitare, quos instruant si errauerint
perse ipsum, uel per alium puerum eruditiorem, quandoq;
ex doctrina Bellarmini, aut alterius Authoris iuxta
morem locorum, ipse explicabit Mysteria fidei Christi,
an^d. v.g. Sma Trinitatis, Dominicæ Incarnationis
S. Crucis &c interdum etiam Historia exempla ad
Confirmationem mysteriorum adducet. Pueros inten-
gabit, an meminerint, quæ eis antea explicata sunt
et ut errantes corriget, ita bene respondentes pro-
misso aliquo afficiet.

5º Post huiusmodi doctrinæ exercitia, quæ horæ spatium
non excedant ante Altare Litanie BMV pie
decantabuntur, illisq; finitis Praefectus dicat colle
ctam tempore congruentem mox iubeat recitare Pater
et Ave pro incremento Christianæ Religionis, exhi-
patione heresum, concordia Principum Christianorum
et exaltatione S. Matris Ecclesie

6º His omnibus expletis curabit ut cum silentio et

modesta

modestia pueri in domos proprias reuertantur, nisi inter
esse Vesperis debeant.

De Scholis Cap. 12.

1º Praefectus curabit primum Scholarum signum dan-
iuxta distributionem horarum in tabella ad quod campa-
nula semiquadrante pulsabitur, a quo signo ad alterum
semihora intercedat. Interea in vigile ut discipuli modeste
se gerant, singuli in suis classibus, dum aduentum Magistrorum
expectant, decurionibus lectiones memoriter recitabunt. Deu-
riones uero notent errores tradanturque Magistro, qui quam
doqz ad experientiam memoriam alicuius, in beat iterum e me-
monia easdem lectiones promere.

2º Ad alterum signum omnes Magistri in suas Scholas
statim adueniant, et mox versus imaginem, quæ in sin-
gulis esse debet flexis genibus et aperto capite Antiphonam
Veni Sancte Spiritus cum collectis Deus qui
corda fidelium et actiones nostras his absolutis quisqz
in sua loca assignata recedat.

3º Sic initium Scholarum auspiciabitur a quo ad finem
usqz spaciun duanum horarum cum dimidia intercurrat

nisi die

nisi dies vacationis existat tunc enim dimidia hora dehabatur.

4º Ad quodvis signum horarum Salutatio Angelica omnibus stantibus et aperte capite per aliquem discipulum de uoce recitetur. Sed ultimo quadrante Magistri aliquid ad Pietatem pueris explicit.

5º Absolutis Scholis ad ultimum signum præmisso per Receptorem. Tu autem Domine miserere nobis et Anti phona Agimus tibi gratias, et recitabitur Pater etc Ave pro bono Regimine Religionis et Scholarum.

6º Inde discipulos ex ordine binos secundum classes suas cum modestia et silentio egredientes e Schola Magister comitabitur usq; ad Ecclesiam, mane quidem ad Paenitentiam audiendum, sero autem ad Litania B.M.P. cantu plano, deuoto et suavi decantandas, quibus absolutis, dimittantur, ut moris est sine strepitu et confusione.

7º Venientibus aut recessentibus Rectori aut Perfecto omnes cum Magistro assurgent, detecto capite neque videant, nisi ipsis annuentibus, si uero aduenierit Provincialis etiam Magister e Cathedra descendat.

8º Explicabuntur tantummodo libri assignati in Catalogo nec alium ullum sine Licentia Rectoris exhibebunt.

9º Rebeatur Catalogus in singulis Scholis, in quo

nomina

nomina Discipulorum ad notabuntur, ut in fine anni eorum
numeris et prefectus cognoscatur.

10° Appendatur alia tabella in loco publico, ubi perlegentur
vacationes à Scholis et ab oratorys distinctè in singulos dies

11° Die assignatu ad Confessionem et communionem menstruan-
tiam præmitant Magistri aliquam breuem et facilem instructio-
nem ad utrumq; et singulis Sabbathis habeatur aliqua brevis
hortatio passionibus exemplis accommodata captui discipu-
lorum quā ad uirtutes excitentur.

12° Examen generale fiat per decem dies ante vacationes
autumnales, cum quibus intersit cum Prefecto etiam Reitor
qui si id expediens iudicauerit, alium substituat penitum
et expertum in huiusmodi exercitio, idem seruari debet
in examine, quo ad fieri solet ante Pascha, ut prefectus
Discipulorum innotescat, et qui sint apti ad Superiores Casses

De Ferys Scholasticis. Cap: 13.

1° Feriæ concedantur & renouatione Studiorum usq; ad Pen-
tecosten mediâ tantum die post prandium, sicut in perugi-
lio Nativitatis Domini, Pentecostes, Corporis Christi, et inde
ad Vacationes autumnales die integrâ singulis quintis
Ferijs, nisi incidat tertia aut sexta aliquod festum, et hoc
hyemali tempore, Aestiuo uero poterit permitti eadem

vacatio quartâ feria, si festum incident in sextam feriam
quintâ feria, si in tertiam incident, nisi aliter ex causa no-
tabili cum consensu Rectoris Profectus Scholarum iudicauerit.

De libris Auctorum in Singulis Classib^g explicandis . Cap. 14

In Classe Rhetoricae

Præcepta de Arte Rhetoricae alicuius Auctoris, qui
de ea breui et facili methodo scripserit, explicabuntur.
Item aliqua Oratio M^r. C^m ut pro lege Manilia
Archia Poeta &c. Item eiudem uel Lælius de
amicitia, ue lato Maior, uel de Officijs. Item
Historicus aliquis ut Sallustius. Quintus Curtius
aut aliis quispiam, qui Latinum Stylum puriorem ha-
beat. Item aliquis Liber Odorum Horaty et aliqua
ex Tragœdijz Annæi Senecl.

In Classe Humanitatis

Explicetur Cicero de Officijs, ut de Amicitia. Item aliquis
historicus ut Quintus Curtius, Sallustius. Item Prosodia
et Libellus de arte Poetica Horaty, aut eiudem liber aliquis
Odorum, Martialis Epigrammatum expurgatus. Virgilij
Eneidos

to **Quijote** **Clase** **Estimativa**

to **Miguel** **Clase** **Estimativa**

to **Juan** **Clase** **Estimativa**

to **Clase** **Estimativa**

Aeneidos qui spiam. Explicitur Figurae et Proprietas non
Progynas matata tradantur. Item aliquid exercitum lingue graecae.

In Suprema Classe Grammaticæ.

Syntax Grammaticæ cum appendicibus. Item Epistole
Familiares M. T. Ciceronis vel Sælius de Amicitia et Exempla
Valery Maximi. Item Virgili Eclogæ vel Georgica aut Publy
Ouidy de Ponte. Item aliquæ facilia Precepta de
consenbendis Epis trædantur

In media Classe Grammaticæ

Præcepta de Genenbus nominum. De Verborum
Præteritis et Supinis. De Prima Syntaxi absq; appen-
dicibus. Item Epis selectæ M. T. Ciceronis et Publy Ouidy
de Tristibus. Viduici Viues.

In infima Classe Grammaticæ.

Principia et Rudimenta Grammaticæ. Genera Nominum
Declinationes et Conjugationes. Præcepta parvæ Syntaxeos
quæ vulgo concordantia dicuntur.

In Classe Arithmeticæ

Præcepta computa faciendi facili modo trædantur.
Item doceantur quæ bene formare characteres. Item

Legant.

Legant Pueri librum aliquem pium ex quo documenta ad bene
uiuendum hauriant aut etiam officium B M Virgins

In secunda Classe Scribendi

Informentur Pueri ad bene formandos characteres

Recitetur memoriter singulis diebus lectio ex doctrina
christiana quod ex exercitum in omnibus et singulis classi-
ibus Grammaticae et inferiorum habecatur. Legantur per
libri ut Exemplorum & vita Sanctorum. De nouissimis &c
quod fiat in ultima et infima classe Puerorum in qua
alio pro eorum captu doceat. ut Pater et Ave, Credo, De-
catalogum et alias consuetas Orationes

2d. Incubant omnes Magistri, ut diebus Sabbathi, maxime
huiusmodi doctrina christiana. Pueri omnes instruantur docendo
et explicando Mysteria fidei

De Titulis cuique tribuendis cap. 15.

1. Ut suis cuique honor habeatur Generals Minister et
eius Assistentes ac Procuratorum, Principales.
a suis Subditis et Visitatores tempore Visitacionis
Paternitatis uocabulo coherestentur. item Rectores
Sacerdotes solo titulo, Reuerentib. Geni autem et Ope-
rany simpliciter uocentur sine ullo titulo, sed coram Patre
Inti nulli titulus Paternitatis tribuatur.

2º. In Literatum superscriptione ut ea humilitas retineatur, quæ
nos ueros Pauperes Religiosos decet ponatur tantum nomen simplex
sed si erunt Superiorum superaddatur nomen officij. vg.

Patri Nostro Enti Geniconum Paupenum Matris Dei Scholam
Pianum. Roman.

Patri Na. & A. Assistenti Enti Geniconum Paupenum
Matris Dei Scholam Pianum. Roman.

Patri Na. & A. Provinciali in Liguria Geniconum
Paupenum Matris Dei Scholam Pianum. Liguam.

Patri Na. & A. Procuratori Enti Geniconum Paupenum
Matris Dei Scholam Pianum. Roman.

Patri Na. & A. Rectori Geniconum Paupenum Matris Dei
Scholam Pianum. Nariam.

Patri Na. & A. Sacerdoti Geniconum Paupenum Matris
Dei Scholam Pianum. Neapolin.


In Na. & A. Genico Paupenum Matris Dei Scholam
Pianum. Anconam.

In Na. & A. Paupenum Matris Dei Scholam. Florentiam.

3º. Ut Paupertas et Uniformitas à nostris in omnibus conseruetur
nisi series negotiorum aliter postulauerit Lxx etiam ipsi Generali
scribantur in dimidio folio

4º. Si Subditi scribant ad Superiores, ponat initio
Inram

Literarum eam uocem quæ Reuerentiam eis ex
hibeat, uidelicet **B**enedicite. et in fine
Humillimus in Christo filius **N**ost*r*.
sin autem ad **equales**, apponatur altera, quæ.
Charitatem p*re*f*e*ferat uidelicet **P**ax Christi.
et in fine seruus in Christo addictus **N**ost*r*.



H
CONSTITUTIONES
Clericorum Regularium
Pauperum.
MATRIS DEI
SCHOLARVM PIARV.

GREGORIVS PAPA XV.

Sacri Apostolatus ministerio per abundantiam Divinae gratiae nullo licet mento
Nostro Praepositi per quae Christi Fidelium, praesertim Subsuavi Religionis iu-
go, et in Humilitatis Spitu Altissimo famulantium felici prosperaque directi-
oni consultur, libenter intendimus, et hinc quae propterea facta esse dicuntur,
ut ab omnibus, quos illa concernunt, inviolabiliter offerrentur, Apostolici munimi-
nis firmitatem adjicimus, prout in Domino Salubriter conspicimus expedire.
Cum itaque Dilecti Filii, Praepositus et Clerici Religionis Pauperum Matris Dei
Scholarum Piarum Nobis nuper exponit fecerunt, ipsi profici et prospero
eiusdem Religionis statu atque regimine, diversas Constitutiones fecerint, illasque
in unum Volumen redegerint Tenuis subsequentijs. videlicet

Constitutionum

CONSTITUTIONVM Religionis Clericorum Regula- rium Pauperum MATERIS DEI SCHOLARVM PIARVM.

PARS I.

Prœmium.

Gum in Ecclesia Dei per varia Instituta ad Charitatis perfectionem omnes Religiones
tanquam in verum finem spiritus. Quæ tendant; id simul et sibi fauendū Re-
ligio nrā per Institutum à S. Omo Nro Paulo V. fel. rec. quinices Christi, gesuiti in
terris, confirmatum omni conatu proponit. In cuius dilectione exercitatio, genera-
lia Concilia, S. Patres, nec non Philosophi recte sentientes Reipub. Rnand refor-
mationem constistere unanimi consensu affirmant. Si n. a tenet animi diligentie
pueri preitate ac litens imbuantur, felix totius vita cursus procul dubio sperandus
est. Et quamvis ab omnipotente Deo, qui nos ad huiusmodi mefsem feliçissimū vo-
cavit Operanū, media opportuna quib. nos idoneos veritatis cooperatores efficiat
humili affectu expectandasint, nihil minus tamen, i pro leviter omnia disponente
necessarium duximus. præviis Constitutiōibus (ut exemplis S. monemur) Institutum
hoc circumvallare. Et quia Nos vere Pauperes Materis Dei profitemur, pueros pauperes
nusquam despiciendos, sed multa patientia et Charitate, omni virtute exornando cu-
rabit mus, maxime dicente Omo: Qvod uni ex minimis meis fecistis,
mi hi fecistis. Enī ergo Institutū nrā a primis Elementis, modum recte legendi,
Scribendi, Computa faciendi, Lingvam Latinam, prætatem præcipue, et Doctrinam Pri-
stianam pueros docere. Et dum res circa quam versamur, tantum momenti sit, ut
ministros

Ministros maxima charitate, patientia, alijsq; virtutibus praeditis regirat. Summopere considerandum est, qui admittendi, qui vero repellendi. Seu prohibendi sint a probatio[n]e huius Instituti. Nisi n. delectus summa cum diligentia habeatur in recipienda Religionem Novit, et sollicita sit admodum eorum educatio; fuisse quodcumque iustitum, quantumlibet Sanctum, labefactabitur.

CAPVT I.

D e i m p e d i m e n t i s e o r u , q u i a d m i t t i p e t u n t .

Ut ministerium Nra Religionis, in Riania Repub. ad Dei laudem, et proximi utilitatem feliciter progrederetur, necessarium duximus, ut qui a deam admitti petunt dexter[em] et prudenter, examinentur et probentur. Et cum multa requirantur ad Insti[tuti] Nri ministerium, idoneum qui officium Examinatoris exerceant, oportet, ut impedimenta omnia noscat: quibus alii quis, vel omnino excludendus, vel non ita facie[re] admittendus erit. Grauiora enim impedimenta sunt. Primo. Fuisse aliquo à Fide Apostata; vel constare aliquem, vehementer suspectum de rebus fidei.

2do. Fecisse Profanationem in alia Religione. 3to. Homicidium perpetratum, dummodo non sit dispensatus, vel in infamiam per aliquod crimen inaudite, per quod crimen de Jure fiat inhabilis ad Ordines. 4to. Vinculo Matrimonij, seu promissione manifesta ad illud teneri, unde his oris posuit, vel etiam legitima servitute; in hoc procedatur, prout de Jure. Qua vero minus gravia, et qua omnino à Nro Instituto potenter admitti non excludunt. Sunt quid sequuntur.

1o. Si alterius Religionis Habitum suscepit, dummodo Professio nem non emisent, vel per Annū non fecerit. 2do. Si ore alieno fuerit, vel cibis obligati omnibus obstrictus, servetur forma Constitutionis Sixth V. 3to. Etas validē tenera: circa quam servetur Conciilij Tridentini Decretum. 4to. Defectus in corporis integritate. 5to. Debilitas virium, seu notabilis extenor deformitas, iuxta formam Junii. 6to. Ortus de illegitimo Matrimonio, dummodo sit dispensatus ad Ordines. Quod si aliquo modo innotuerit eum, qui admitti petet, aliquo ex granibus

